Aliud.

Qui quantum patet vniuersus Orbis,
& quicquid fuit vniuerso in Orbe,
Tum rerum atque Hominum vices per Orbem,
nec non quas habeat Polus figuras,
quæ natura sit & rigor Planetis,
solerte ingenio, labore, amussi,
est dimensus & assecutus, ille
tot possessor opumque merciumque
MERCATOR modica tenetur vrna.
Sed cur Marmore non renidet, atque
saxis fluctibus locus refulget?
Non fama lapides suæ putauit
custodes: fore sed libros Virorum
doctorum in manibus, quousque stabit
fixus mole sua vniuersus Orbis,
& quantum patet vniuersus orbis,
longè post lapides & Æs & Aurum.
At MENS vlterius profecta Cæli
Rectorem, studio fidelis acri
Cognouit coluitque semper. Hinc &
nunc in deliciis agit DEIque
conspectu fruitur perenne, & vltra
quàm Mundi manet vniuersus Orbis.

Lambertus Lithocomus,
L L. studiosus.

Errorum insigniorum, qui in hoc opere imprimendo contigerunt, castigatio.

In prima parte Atlantis.

Fol. 3. lin. 11. lege intellectui. & linea sequenti lege potens. eodem fol. cap, 2. lin. 2. lege filum. & exornatissima pro è ornatissima. fol. 6. cap. 1. lin. 17. fac pro veritate, varietate. fol. 8. lin. 5. initio. ibidem cap. 3. lin. 25. fac traditus. fol. 9. lin. 25. pro ibi, lege sibi. fol. 10. lin. 34. fac recepta s. fol. 13. lin. 31. lege incommunicantia. fol. 14. pro poris, lege temporis. fol. 21 lin. 3. apparebit legè. lin. 32. illa lege. & lin. 41. lege illius pro illo. fol. 23. lin. 48. lege vlteriore. fol. 24. lin. 46. similia lege. fol. 28. lin. vlt. lege annuum. fol. 29. lin. 33. lege fota.

In secunda parte Atlantis.

Tabula 1. lin. 4. lege Geographiam. lin. 5. lege ad inferiora, &c. lin. 24. Ebudibus lege. tabula 2. lege lin. 13. In Islandia. &c. tabul. 7. lin. 17. lege maioribus, pro moribus. tab. 18. lin. 10. lege Aggerhusia. eadem in Sueciæ Regno lin. 5. indegenas lege.